Aritis musice vtilitates describere. Ad declarationem huius ꝓpositionis animaduertendum q̃ teste Aristotile viij. policoꝝ. iuuenes debent erudiri in musicalibus Nempe iuuenes plus ceteris hominum statibus in cõtinua mutabilitate demoliuntur lasciuijs infestantur. Ipsis igitur vtile si operibus de bonorum genere complacenter adhereant. alias enim iuuenis lasciuie deseruiet. itaq; cum senuerit impietatis amator erit. Quoniaꝫ vt dicit v. Ethicoꝝ. In hijs delectari nobis ẽ naturale in q̃bꝫ ab infancia delectari ĩcepimus Si igit̃ iuueĩs in musicalibꝫ eam repiat ꝯplacenciã quã in vanitatibꝫ q̃rere solet. sibi tunc facile apparebit que praua sunt relinq̃re et potiori ꝯplacencie animũ adhibere. Ex quibꝫ colligit̃ prima musice vtilitas que est iuuenes a malis complacencijs reuocare. Alia vtilitas est quia letificat tristes. eciam letos magis ac magis letificat. vt ponit Aristotiles in suis ꝓpleumatibus. pte xix. ꝓpleumate primo Et idem Aris. x. politicoꝝ. Anima inq̃t naturaliter delectat̃ in musica et facit animas sic intẽtas vt nichil aliud cogitet̃ sicut dicit Cassiodorus. Rursus ꝯstãtinus in suo viatico r̃fert orpheum dixisse q̃ multũ in hoc q̃ ꝑ suã musicaꝫ mutabat principũ corda de tristicia ad leticiã. Ceterũ musica excitat dormientes et dormitare facit vigilantes. sanat a melancolia Vnde Aris. viij. politicoꝝ dicit q̃ musica est amica omĩ etati et signant̃ iuuenili Vnde musicã amant animalia sic̃ boues. cerui. aues. ⁊ pisces Nam aues incessant̃ cãtãt si audiant cantãtes seu canẽtes et pisces ad melodyã ꝯgregantur Vñ r̃fert Agellius li. xviij. noctũ actitaꝝ q̃ arrion in mari ꝓiectus a delphinis saluatus ẽ eo q̃ cithara dulcẽ sonũ ꝑegat p̃usq̃ subm̃gẽ. Et idẽ r̃fert pli.

fingit et ouidius q orpheus ci
thare carmine arbores ogregauit
Huius autem artis melodiam non
perpendens rex iuda aut sal
tem de musica male iudicans
aures suas in aures asinales mu
tatas habuit dixerat enim q deus
pan dulcius armonizabat cum
cannis segitalibus quam appollo
cum cythara Et licet hec fictio sit
tamen designat sano intellectui
armoniam debere placere

De inuentoribus musice

Musice inuentores designare
Ad cuius euidenciam omemo
remus ea que legimus Referunt
enim greci pictagoram philoso
phum musice artem ex sonis mal
leorum primus excogitasse Audiens
enim ex malleis sonorum dispa
ritatem atque melodiam causari
Conclusit merito armoniam hu
mana voce per amplius fieri posse
Huic eciam narrationi alludunt
Boecius et macrobius Alii
autem Jubal musice inuentorem
extitisse de quo tradunt hysto
rie q cum artem musice adinuenisset
in columpna duplici eam scrip
sit quarum vna marmorea et
altera latericia Audierat enim
adam prophetasse duo mundi fu
tura diluuia vnum videlicet aq
um et aliud igneum vt igitur
ars per eum inuenta non deleretur
ipsam in marmore scripsit ne
per aquam periret et in lateribus
ne incendio vreretur Unde Jo
sephus has duas columpnas
narrat in terra syrie hucusque per
mansisse Huic autem alludit
moyses Genesis quinto patrem enim
musicorum ipsum appellauit Ce
terum aliqui dicunt moysen musi
ce inuentorem fuisse ab aquarum
sonitu armonias primus perpen
disse Rursus quidam armo
nias dicunt a celorum motibus
originem accepisse affirmantes
q ex celorum motibus maxima
consurgit melodia ratione con
fricationis corporum celestium
in quibus maxima creditur ami
cicia seu concordia vt docuit em
pedocles Insuper affirmauerunt q
ab orbibus celestibus maxima
causatur melodia sed non per
pendimus eo q vt dicunt ab
exordio natiuitatis sub orbibus
nutriti sumus seu fuimus et
ita assiduitate audire non cre
dimus Ad robur autem sue
ymaginationis adducunt ex
emplum de hijs qui a iuuentu
te nutriti inter fabros malleo
rum ictus aut non audiunt
aut saltem se audire non acten
dunt Huic opinioni proximus
videtur fuisse plato qui super
quemlibet orbem vnam syrenem
stare putauit Horum autem
opinionem reprobat Aristoti
les libro de proprietatibus ele
mentorum Harum autem nar
rationum contrauersia nec ra
cione nec experiencia dissolui potest

Non eñ racõe quia in facto hy
storiarũ narratoribꝫ credẽ opor
tet Nec expiencia quia p̃dicte
narracões nostra tempa p̃cesse//
rũt. Arbitrandum est tamen ꝙ
multi fuerũt inuentores iuxta
varietatẽ tempum ⁊ regionum
Si antẽ q̃ramus quis inter om
nes inuentores p̃us vel p̃or exti
terit/puto ꝙ ipse Jubal fuit q̃a
cẽteros tempe p̃cessit. Sacra
eñ scriptura ipsũ inuentorẽ con
memorat. alios autẽ nequaq̃

¶ De Astronomia et eius
inuentoribꝫ C. ix.

Astronomia est astroꝝ
lex que cursus sydeꝝ et
figuras et habitudines
stellarũ circa se et circa terrã in//
dagabili ratione pcurrit. Astro
nomiam primi egipcij inuene//
rũt. Abraham autem instituisse
egipcios astronomiam Jose//
phus auctor asseruerat. Greci
autẽ dicunt hanc artem ab ath
lante prius excogitatã. Ideoq;
dictus ẽ sustinuisse celũ. Quis
quis autẽ ille fuit motu celi ra
tione animi excogitatus p tem
porum vices per astrorum ratos
diffinitosq; cursus p interuallo
rũ spacia moderatã cõsiderauit
dimensiones quasdã et nume
ros que diffiniendo ac secernẽ
do ordinem nectens astrologiã
repit. in vtraq; eñ lingua diuẽ
soꝝ sunt quedã de astronomia
scripta volumina inter quos tñ
ptolomeus rex alexandrie apd
grecos precipuus habetur. Hic
eciam canones instituit/quibꝫ
cursus astrorum inuenitur :.

Athlans inuentor astronomie

ptholomeus

De differencia astrono//
mie et astrologie

¶ Inter astronomiam ⁊ astro
logiam aliquid differt Nam
astronomia celi conuersionem
ornatus. ortus. obitus. motusq;
syderum ꝯtinet vel qua ex cau//
sa ita vocent. Astrologia vero
ptim naturalis ptim supersticio
sa est Naturalis dum exequit
solis et lune cursum/vel stellaꝝ
certas tẽporum stationes. Su
persticiosa vero illa est quaꝫ ma
thematici sequunt/qui in stel//
lis auguriant. Quiq; eciã xij.
celi signa et per singula/anime
vel corpis mẽbra disponũt. Sy
derũq; cursu natiuitates hoĩm
et mores predicare conantur :.

¶ Sequitur de astronomie
ratione

Astromomie racõ moĩs pl'imis
ꝯstat. diffinit eñ q̃d sit mũdus
quid celum. quid spere. situs.
et cursus. quid axes celi et poli
quid sint clymata celi. et quid
cursus solis et lune atq; astro
rum :.

¶ De Medicina Capitu//
lum decimum

Medicina est q̃ corpis vel
tuetur vel restaurat sa//
lutem/cuius materia
versatur in morbis et vulneribꝫ

Ad hanc autem ptinent non ea tantū que ars eorū exhibet/ qui ꝓprie medici nominant̄/ ꝫ eciam cibꝰ et potus/ et tegimē defensio homīs est atq; munitio q̄ nr̄m corpus aduersus extnos ictus casusq; seruatur :-

De nomine eius

¶ Nomen autem medicine a modo id est a tempamento impositū existimatur/ vt non satis sed paulatī exhibeatur. Nam in multo ꝯtrista t̄ natura/ medio-criter autē gaudet. Vnd̄ et qui pigmenta et antidota satis vel assidue biberūt vexantur/ immoderatio em̄ omnis non salutē/ ꝫ periculum affert :-

De inuentoribꝰ eius

¶ Medicine autē artis auctor et repator apd̄ grecos ꝑhibetur appollo. hanc filius eius escolapius laude vel ope amplificauit. Sed postq̄ fulmīs ictu escolapius interijt/ interdicta fert̄ medendi cura/ et ars simul cū auctore defecit. Latuitq; ꝑ annos pene q̄ngentos vsq; ad tēpus artaxersis regis ꝑsaꝝ. tunc eā reuocauit in lucē ypocrates ab asclepio prē geītus ī īsula cheo

De auctoribꝰ legū C. xi.

Moyses gentis hebrayce ꝑmus oīm diuinas leges sacris litteris explicauit. Et Foroneus rex/ grecis ꝑmus leges/ iudiciaq; cōstituit. Mercuius termegistus ꝑmus leges egipcijs tradidit. Solon ꝑmus leges atheniēsibꝰ dedit. Ligurgus ꝑmus lacēdemonijs iura ex appollinis auctoritate cōfinxit. Numa pompilius qui romulo successit in regno/ ꝑmus leges romanis edidit. Demd̄ cum populus sediciosus magistratus ferre non posset decem viros leges scribendum curauit. Qui leges ex libris solonis in latinum sermonem translatas duodecim tabulas exposuerunt. Fuerunt autē hij Appius Claudius Gemucius Veterius Julius Manlius Sulpitius Sextius Romelius/ postumus. Hij decem viri legum scribendarū electi sunt. Leges autem redigere in libris ꝑmo consul pompeius instituere voluit/ sed non perseuerauit ob detractorū metum. Deinde cesar cepit id facere sed ante īterfectus est. paulatim autem antique leges vetustate atq; incuria excoluerūt/ quarum et si iam nullus vsus est noticia tamē videtur necessaria. Noue a cōstantino cesare ceperūt et reliq̄s succedentibus. Erātq; ꝑmixte et inordīate. postea theodosius minor augustus ad similitudinē gregoriam et armoginiam codicem factū constitutionem a ꝯstantini temporibꝰ sub ꝓpo cuiuscūq; impatoris titulo disposuit quē a suo nomine theodosium vocauit :-

ollo inuentor arte
edicine

De regimīe ciuitatis C. xij

Politica dicī a polis qd̄ est ciuitas / et ycos qd̄ est sciencia / quia finis politicē sciencie est ciuitatem bene regi. Unde sciencia politica ē sciēcia q̄ vrbes regūt̄ seu respublica dirigit̄ vt pace respublica fruat̄ vt satis īnuit augusti. libro. xviij de. ci. dei. politica igitur ocerunt regimē ciuitatis Est autem ciuitas quasi ciuiū vnitas. Et ꝓm̄ phō. xv. ethimo. Ciuitas est ocors hominū multitudo societatis vinculo aduna ta que aliqñ vrbs vocata est. Et aliqñ respublica nominat̄ / quā diffiniens scipio dicit eam esse rem populi. Populus autē dicitur q̄lib; multitudo que habet omunionē et osensū ad communē vtilitatē Hec nārat Auḡ. li. ij. de ci. dei. Et phō. xix ethimologiarū. Aduertendū q̄ respublica est sicut corpus qd̄da; quod diuino munere aminatur et regitur. vt tangit Pelymandus m Cronicis li. xi. Huius autē corpis caput dicitur princeps / et senatores cordis locum tenent. Judices autē et p̄sides tenent locū oculorū et aurium / et oratores locū lingue. Ceteris q; mēbris psone alique reipublice opari possent. Dicun̄ autē senatores a senio eo q̄ antiq̄tus senes in senatores eligebantur Quorum institutionem Romulus muenit / et nomina eorum / presente populo / m tabulas aureas contulit. Olimq; filij senatorum illi dicebantur / qui nascebantur tempore quo patres senatores erant. Alij vero non et hoc scribit vlpianus suo labio vt patet m digestis libro primo. Iursus m politia eligendus est princeps / nisi ꝓm̄ gemūtam principatum quis obtineat. qui princeps non cupidus / aut vicios mueniatur. Unde Tullius li. de paradoxis Quomodo mquit imperabit vi bi / q̄ nō potest cupiditatibo imperare. Sic frenet ergo princeps libidines. spernat voluptates. iocundiam teneat. auaticiam coherceat. / ceteras animi labes repellat. Principes eciam eligi non dēt nimis paupes / aut nimis diuites. Dū olī put nārat Valerius li. vi. duo viri coā scipiōe / vt ad hyspaniā mitterent̄ coā senatu ostendebant. / quorū vnus diuissimus. alius pauperimus. de quibo scipio ait Neut mquit michi placet. eo q̄ alter michil habet. / alterū michil satis ē. Cetera īdignus ē principatu ad̄ gdu supiori / q̄ se nō bñ regit m inferiori. vt poīt poēnus li. xij. Nec debo; q̄s appetē regnū vel p̄ncipatū / q̄a teste seneca de bñficijs li. iij. regnū ē nolle ēgnare cū possis. vñ poeta. aspeius michi ē hūili cū tēdit ī alū. et gaudio

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Si vis bene duci certo te omit te duci. Illud tamen eacij se pius accidit. In libro eim sermonum ait. Populus quoq; stultus honores sepe dat indignis. Et Claudianus in maiori Iam nūc ad aulmia rex iiustos creuisse q̄rot. Tollunt m altū vt lapsu grauiore ruant. Quibusdam tamen princeps nullus placet. omnibusq; detrahūt Illudq; Sidonij in epistolari suo li. v. dicere viden². Dicunt eim. Si eligimus humilem vocat abiectus. Si erectū: superbo Si doctū: inflatus dicet. Si imperitū: irridebit. Si seuerum: crudelis est. Si indulgentē facilitē culpabit. Si simplicem despicietur. Si diligentē: suspicioſus credetur. Si quietū ignarus vocabit. Si abstinentē auarus. Si bene pascentē: gulosus putabitur. Vijs igit nulla virtus placet. Quicq̄d fit tamen virtuosi semp eligendi sūt in principes quorū odictiones et mores enarrat Helymandus vbi supra. Princeps mgt ostitutus nō multiplicabit sibi eqs nec subditis erit onerosus neq; multiplicabit seruos nec canes nec bestias. sed quod satis est tenebit. hystriones mimos lenones meretrices repudiabit inferiores non corrumpet exemplo. quia teste Claudiano li. iij. mobile semp mutatur cū principe vulgus. proceresq; non habebit plures. litteris intendet. et cum iudicabit: ad alterā partē non declinabit. deum precipue colat. munera non acceptabit suosq; officiales frequent non mutabit. Vnde Tyberius put refert Josephus pauratores suos vix aut nunq̄ mutabat. in hoc eim se dicebat pcere plebi. Nā pauratores scientes ad modicū tempus habere procuationes: quicquid possunt rapiunt.

¶ Quomodo principes subditos suos defendere et diligere debent C. xiij.

Principes habeant milites bellicosos qui pliari debent. non pro iniuria vel vindicta inferēda. sed p iniuria repellenda. patriaq; defensanda. Nec debent timē viri bellici q̄ deo non placeant. quia sanctus dauid bellis intēdebat Et Centurio piter qui dño ait Domīe non sum dignus ꝛc. hc Augu. ad bonifaciū. Et idē Augu. li. de verb domini. Militari mgt non est delictū. sed ꝓpter pdam militare peccatum est. nec rempublicā gerere criminosū ē Sed ideo agē rēpublicā vt diuicias augeas. videt esse dāpnabile. Vsi pliari nō debēt fieri auiditate ā crudelitate ꝫ pacis studio geranē q mali cohceanē et bonos subleuenē. Vsi Greg. vniuersis militibus neapolitanis scribēs

Nō p nūc Recte Mi Inter

Summa inq̄t milicie laus int̄
alia bona merita hec est obedi//
enciā rei puplice vtilitatibꝫ ex//
hibere Ceterꝫ ysiderus libro·ix·
ethymo· Justum ē inquit bellū
quod ex edicto geritur de rebus
repetēdis/ ā pulsandoꝝ hominū
causa· Vnde Augu·li·q̄stionum
dominus īquit deus noster ad
ihesum naue iubet vt cōstituat
sibi ētrorsū insidias scꝫ insidiā
tes bellatores ad īsidiandū ho//
stibꝫ· Et ibidē iusta inq̄t gere//
bant̄ bella a filijs israhel cōtra
amorreos a quibus amorreis
trāsitus negabat̄/ qui iure eq̄s//
simo humane societatis patrie
debebat· Aduertant autē bella
tores vt non p̄lient̄ iniuriā in
ferendo/ sed ab iniuria se defen//
dendo· Vnde Amb· li· p̄mo de
officijs Non inferēda sed inpel
lenda iniuria lex virtutis est
Et Anastasius papa· q̄ inq̄t po
test obuiare et ꝑturbare ꝑuer
sos et non facit· nichil aliud est
q̄ fauere inpietati eorum occul
to qui manifesto facinori defi//
nunt obuiare· Eandem senten
ciam tangit Amb li· de officijs
Et Hieroni· sup̄ Sophoniam
Rursus helymandus vbi supra
dicit principeꝫ sic debere viuere
vt a subditis diligat̄ Nam co
drus athenienſ rex ꝓ victoria
populi sui seipsū morti tradidit
Nam mutato regio habitu fru
menta colligens castraq̄ hostiū
ingressus a milite quē falce in//
iurgio percussit interfectus est
Rex autē aut princeps sic suos
diligat/ vt pro ipsis mori nō ti
meat· vnde Julius cesar dicere
solitus erat· Dux inq̄t qui non
laborat vt militibꝫ carus sit/ mi
litē nescit amare· Vnde Señ·
Si vis amari ama/ Nam Ju//
lius pistorem vinculauit/ eo q̄
sibi meliorem panem q̄ ceteris
militibꝫ attulerat· Alexand̄ q̄ꝫ
videns militem suum macedo//
nem pre nimia senectute frigo
re obstupefactum de sede subli//
mi descendit et de suis mani//
bus dictum militem in sede po//
suit/ Nam princeps qui a suis
militibus non diligitur/ tamq̄
tyrannus dominatur/ nec secu//
ritate vbi est fruitur· Vnde cum
Dyonisius tyrannus iuberet su
um corpus a multis militibus
custodiri plato ei dixit· Quod
inquit malum fecisti vt a tot
militibꝫ custodiri habeas· Vnd̄
Claudianus· Nō sint excubie
non circumstancia tela tueatur
amor ꝛc̄· q̄si diceret· Qui ama//
tur non indiget custodia :·

De legibus et inuento//
ribus earū Ca·xiiij·

Policia legibus dirigē
da est· Teste autē ysi//
doro quinto Ethymolo
giarum/ leges aut diuine sunt/
aut hūane/ lex autē diuīa gēti
hebree ꝑ moysen p̄mitus data

Legum autē humanarū plures
fuerūt inuentores. sicut Foro-
neus rex qui grecis primus le-
ges iudiciaq; constituit Et mē
curius trimigistus egipciis le
ges tradidit. Solon vero athe
niensibꝰ. et Ligurgus macedo-
niis iura ex appollinis auctorita
te ꝯfinxit. Et numa pompilius
qui romulo successit in regno
p̄mus leges romanis tradidit
Et postmodꝰ viros quosdam de
creuit qui transtulerūt in latinū
leges ex libris solonis. Fuerūt
autē ibi ordinati ꝑ eum Appius
Claudianus. Germicius. Vete
rius. Julius. Manlius. Sul-
picius. Sextinus. Curacins.
Romulus. Postumus. Aduer
tendꝰ autē ꝙ leges diuine p̄fe-
rēde sūt humaīs Vnde Gracia-
nus. Constitucōes inq̄t p̄ncipū
ecc̄iasticis legibns postponende
sunt. Vnde Helymādus in cro
nicis li. xi. Humane inq̄t leges
eatenus valent q̄tenus a diui-
nis non discrepūt. alioq̄n falsū
est qd̄ in lege scriptū est Quod
principi placet sc; deo: legis
habet vigorē. Ceterū sciendꝰ est
ꝙ sicut lex ē ꝯmune p̄ceptū. sic
ex ꝯmuni ꝯsensu ꝯfici debet. vt
trahitur ex sūma Azonis. Vnde
Papinianus li. i. diffinitionū
lex inquit est ꝯmune preceptū
virorū prudentiū. que lex fieri
non debet ꝓp̄ter aliquē casū p̄-
ticularē. sed ꝑ cohercōe malorū
que vt ꝯmuniter ꝯtingere pos-
sunt reipublice vt ponit Julius
celsus li. i. Vnde legis effectus
est imp̄are. vetare. punire. inq̄t
modestinus li. p̄mo regularum
Princeps igit̄ non solū armis
sed eciaꝫ legibꝰ rempublicā de-
bet defensare. vt tāgit Justini-
anus li. institucōm. Rursus ad
uētendꝰ ꝙ ius canonicū et ciui-
le qd̄ ammodo sunt p̄tes politi-
ce ita ꝙ politica sciencia est con
munis ad omnia iura Vnde ius
nomē generale est. lex autē spe
cies eius. Vnde ius dicit̄ quia
iustū est seu dicit̄ a iusticia. vt
vlpianus li. i. institucōm lex
aūt di² a ligando q̄a ligat. aut
ab eligendo quia eligit̄. Sunt
autem multe species iuris. qd̄-
dam ius dicitur publicū quod
pertinet sacerdotibus vt magi
stratibus. Aliud priuatum. qd̄
ad vniuscuiusq; pertinet vtili-
tatē. Quoddam eciam est ius
quod vocatur gencium quod cō
cernit id quod debetur deo et
parentibus. vt ponit pompeius
Aliud est ius pretorium qd̄ pre
tores introduxerunt pro salu-
te reipublice quod conmemo-
rat Papinianus libro primo
diffinitionum quod dicitur po
sitiuum quia positum est ab ho
mine. Aliud est ciuile quod per
tinet ad populum vel ciuitatem
diuina humanaq; causa insti-
tutū seu ꝯstitutū. Aliud est ius

quiritū idest romanum quia q̄-
rites et romani ipm̄ invenerunt
Jus autem canonicū dicitur ec-
clesiastica institucō Cuius plu-
rimi fuerunt scriptores primus
fuit ysidorus qui primus scripsit
libꝝ appostolicū decretorū demd
yuo episcopus carnotēsis. Re-
gulas canonū per capitula ordi-
nauit et ad numerū decē libro
rū redegit Multeq; abbreuiacō-
nes postmodū facte sunt q̄rum
auctores non occurrūt Verū q̄
gracianus decretū scripsit Ceterꝝ
aduertendꝫ q̄ ius ciuile a dua-
bus ciuitatibꝫ emanauit. sicut
ab athenis et lacedemona. Vñ
regnante Joab in regno iuda
ligurgus q̄cumq; precepit p̄us
obꝫuauit. vt tangit Justinus
li. iij. p̄mo enim statuit vt auri
et argenti vsus non haberet. ter-
rasq; et patrimonia per equalia
diuisit et ꝯuiuari omnes pub-
lice iussit. iuuenesq; vna sola
veste p̄ anno vti. virgines vo-
luit absq; dote desponsari Mul-
ta aliaq; decuit narracōe longa
Rursus apud romanos postmo
dum creuit. Vnde Pompeius
in suo singulari enchiridion tra
dit romulum diuisisse romam
ī tres ptes q̄s curias appellauit
quia ibi cause agebant. leges
q; fiebant in predictis curijs q̄
omnes ꝯscripte fuerūt tempore
sixti papirij qui fuit tempe tar
quinij supbi liber autē illarum
legum vocatus est liber papiria
nus non q̄ papirius eas fecisꝫ
sed quia eas ordinate scripsit
postmodꝫ autē roma decē viros
instituit qui leges a ciuitatibꝫ
grecoꝝ collegerūt quas suscepe
rūt scriptas in decē tabul' ebur
neis. datūq; fuit illis posse vt
illas leges corrigerent. et ideo
duas tabulas p̄dictis tabul' ad
iūxerūt. Vnde leges xij. tabu-
laꝝ vocabant quia duodecī ta-
bule in omnibꝫ erāt. Post hoc
appius claudius leges reduxit
ad libꝝ vnū. et flauius scriba
libertinus populo tradidit. Vñ
senator fieri meruit Demd cor-
micanus primus scienciam iu-
ris ciuilis publice professus est
Verū q̄ papirius publius le-
ges regias p̄mus ī vnū redegit
volumē Et appius claudius xij
tabulas ex legibꝫ scripsit. pub
vero x. libros reliq̄t iuris. ma-
culius totidē. brutus septem Et
mucius publij filius iuris ciui
lis scienciam ad libros octo re
degit qui digesti sunt ab ausu-
dio vocati Multiq; alij scripse-
rūt q̄rū fama vetustissima ē. de
nouellis autē mēoria publica ē

De yconomica arte C. xv

Yconomica ē ars vel sci-
encia qua domesticarū
reꝝ ordo sapient' dispo-
nit' vt inquit ysidorus li. Ethi-
mologiarum. Richardus au-
tem libro exscriptionū dicit q̄

ita gubernatur domus

yconomia est sciēcia q̄ familiaris officij cuīā mediocri disposicōe ponens distribuit. Hac ergo sciencia indiget quicumq; patrifamilias vt suam domum sapienter regat et dirigat. quia dominus ex domo honestat. vt tāgit Tul li. de officijs Nam decorū valde est patrie domus illustriū virorū habere. vt tāgit idem li. ij. Vnde tullius ora salustiū ēprobando ipsū dicebat Nec quicquid inquit turpius domui tue q̄ tu. Et Valerius maximus li. ij Quid p̄dest esse strenuū si domi male viuitur Et ibidē. quorū opa splendore suum p̄cul obtinuisse videntur eorū dignitatē indignum est et deforme domi collabi. Vnde tibullius. Quid p̄desse potest pōdus graue diuitis auri. aruaq; pinguia si fundant munera boues. Quid we p̄dest domus sirmis munita colūpnis. auīteq; trabes. quasi diceret ista nichil p̄desse. nisi domus recte gubernetur. Ideo Seneca li. de quatuor virtutibo dicit q̄ sapiens non debet velle wcari dominus a domo. ꝗ domus a domino debet nuncupari. Circa igit regimen domus. maxime attendēdū est ad regimē vxoris. quia nichil est crudelius infesta muliere vt ponit Fulgencius libro suarū mitologiarū. Si tamen mulier bona fuit domum optūe disponit. vt autē bona sit maximū remediū est si vir ipse bonus sit. Vnde narrat Victorinus ora Jouinianū li. p̄mo de quodam qui cum vxore sua pudicissime vixit. vnde cum os ei feteret ipso ignorante sibi quidā improperauit. et tunc vxori sue dixit. cur ei non intimauerat que respondit. putabam inq̄t omnibo viris sic os olere. Ita q; summa castitas in amlōbus fuit Vnde tibullus li. p̄mo. Casta p̄cor diuum. maneas sancti q; pudoris Assideat custos sedula semp anus. Qui versus p̄tendunt vt fidelis custodia assit mulieri. quia mulier de se fragilis est. facilitereq; decipitur Vnde narrante valerio maximo Socrates cuidam querenti an sibi expediret nubere. an non. respondit penitenciā se facturū quodcumq; fecisset Si inquit non nupseris. solitudo te affliget. et si vxorem duxeris. sollicitudo acitabit. Fortassꝗ autem ideo onugia sunt onerosa quia decenti non otrahunt amore ꝗ cupiditate interueniente fiunt. Vnde narrat Valerius li. vij. de quodam qui habens vnicā filiā petiuit a themistide pho vtrū eam pauperi et p̄bato vel diuiti non probato daret Cui ille respondit. Melius inq̄t est virū pecunia q̄ pecuniam viro indigere. Narrat etiam de filia

que onugia id est onerosa

Mo pulchra sunt

Catonis marcia noie iunioi q
ui peteret ab ea. cur pdito vivo
Denuo non nuberet. respondit
non se muenire virū qui magis
vellet se q̃ sua. Nō sunt vxores
ꝓter pecunias assumēde. alias
enim coniugia male fiūt. nam et phi
plures timētes i cōiugio fraudai
nubere distulerūt. Nam cicero
rogatus ab hircio vt post repu
diū terencie sororē eius duceret
omnino facere supersedit dicēs
non posse se vxori et phye pariter
opam dare. nā si pulchra fuerit
difficile est custodire q̃ plures
amant. si autē ēpis molestū ē
possidere q̃ nemo dignat habē.
plures ergo nubere cōtēpserunt
Coniugia tam licita sūt dum
modo iuste contrahūt. Quia teste
Ouidio libro de remedys Tur
pe vir et mulier modo uncti p
tinus hostes. qa siat qd malo
titulo iūctū ē malo termiāt. fie
plurima q; cōtingunt incomoda
Vnō terencius vno qq; aio omīs
socius odert nutus. Ecce odiū
Et Ouidius li. methamorph.
Inmmet ericio vir coniugis illa
mariti. Iurida tribiles miscet
aconita nouerce. Filius ante
diem pmos inquirit in annos
Ecce labores. Sed etiam plura
insurgūt incomoda vtputa edu
catio filiorū. corporisq; ꝓprij cu
stodia. Rursus aduertendū q̃
yconomia exigit filios debite
nutriri. Vnde Quintilianus li.
pmo. Vtinam inquit liberorū
nostrorū mores non pderemus
Nam mollis educacō quam m
dulgenciā vocamus. nerues om
nes mentis et corporis frangit.
Itaq; pueri sunt corrigendi nō
tamē nimis aspere. quia teste
Quintiliano li. ij. Ingenia pu
erorū nimia emendationis se
ueritate deficiunt. nam et despe
rant et dolent et nouissime odi
unt. et qd maxime nocet est
quia dum omnia timēt nichil
conantur. moderate igitur sunt
corrigendi. Sed multi non at
tendunt qui tamq̃ viros. pue
rolos contiunt. vt ponit Vale
rius li. ij. Alij vero liberos suos
non instruunt. Cuius oppositū
Augustus cesar legitur fecisse
Nam filiam suā et nepotes iussit
lanificio ministere. vt ponit
Suetonius li. ij. de xij. cesaribus
Rursus paterfamilias suos de
bet discrete regere seruos non
spernendo sed amabiliter allo
quendo. Vnde Seneca ad lucil
lum epistola xlvij. Illos inqt
rideo qui turpe estimant cū ser
uis suis cenare. Hoc enim sup
bia faciunt vt cenante domino
stancium seruorū turba circum
stet. Vnō didimus rex bragma
nor; ad alexandrū magnū. In
homines nostri similes seruitu
tē non ponimus. alioqn seuicia
ē in obsequiū cogē eos qs nos
fratres eadem natura pgenuit

Nō de
Iupe gnos

Nō puros mal
debite corrig

et quibꝫ a deo patre / cōmuniū
bonorū spondet̄ hereditas / Ser
uis ēgo non grauia sunt imponē
da onera / Unde narrat Valerius
li. iiij. q̄ cum plato / aduersus
ꝯuum suū ꝓpter delictum vehe
menter exarsisset / ne vindicte
modꝫ haberet / castigacōez sui ser
ui speusippo amico suo cōmisit /
Unde plautus. Ve autem apud
quos vigiliam multā in nocte
ꝓtrahunt. / tantū enim seruis de
vita / quantū de nocte auferūt:

¶ Quomodo paterfamilias
debeat sibi acquirere ami
cos Capitulum sede
cimum

Paterfamilias amicos sibi
vendicare debet. / quia te
ste Señ. li. iij. de bene
ficijs. Neminem tam alte secu
la posuerūt. vt non illi amicus
eo magis desit quo nichil absit
seu abest. Et idē señ. li. de reme
dijs fortuitorū. Quere inquit
amicos inter honesta officia.
/ quere in laboribꝫ / ad mensaz res
ista non querit̄ / Nam modicus
amicus est / qui dūtaxat est ami
cus mense. De tali amico dicit
Sapiens. Vinū nouū / amicus
nouus. Expedit igitur sapienti
yconomo amicos bonos ꝯque
stare / nec de facili est ꝑtermittē
da / incepta amicicia. quia teste
tullio li. de amicicia. Veterrima
amiticia / sicut vinū vetus dicit̄
esse suauissima / Maxima enim
vis vetustatis et ꝯsuetudīs. Eli
gat g° amicū sapiens / quē semp
custodiat / ꝛ cui sicut ipsi credat
alias enim non est amicus / vt
inquit Seneca ep̄. iij. ad lucil.
Sed talem amicū difficile est
possidē nisi bonus sit qui amat
et qui amatur. / Quamobrem
amicicia de libertate contrahen
da est. / sed contracta cum fuerit
/ manu teneri debet Unde Gue
tonius li. ij. de duodecī cesaribꝫ
narrat. / q̄a Augustus cesar ami
cicias facile n̄ admisit / sed ꝯstā
tissime admissas retinuit / Ideo
perlancus in aulularia. In ami
ciciam inquit et fidem / stultū ne
receperis / Nam insipienciū atz
improborum / facilius est odium /
q̄ collegium. Qui ergo sapiēs
est bonos insequitur / et amicum
eligit quē multi prudēt̄ repiāt
q̄a multos amicos volunt habe
re ignotos notis preferunt
Quibus contradicit Theofra
stus. Expedit inquit amicos
iam probatos amaē. / non ama
tos probare. / Unde Catho. Igno
tum tu tibi noli preponere no
tis. Et sequitur. Cum tibi so
cium / vel fidum queris amicum
Non tibi fortuna hominis / ꝫ
vita petenda est. / Et cum amicū
eciā bonū sapiēs īuenerit / ꝯmo
de diligat. Unde Catho. Dilige
sic alios / vt sis tibi carus aīcus

Sic bonus esto bonis ne te ma
la dampna sequant. Ceterum
amico non onera imponenda in
congrua ne forsitan pdat. Vñ
Macrobius in li. saturnalium
Ita amicū habeas vt inimicum
posse fieri putes. Et Salustius
Veros inqt amicos neqz āmis
cogere neqz auro parare queas
sed officio et fide parantur cum
quibꝫ amicis breues racōes lō
gas amicicias habere optet. Ex
ordiū autē amicicie est bene lo
qui. Et principium inimicicie
maledictio est. Amicus eñ cito
amittitur et raro acquirit. Hec
Socrates. Ceterū yconomicus
bona que possidet prudenter di
stribuere debet. Vnde maior in
in ꝯseruandis rebꝫ q̄ in repan
dis adhibenda est cautela. vt
ponit Cassiodorus epist. xxxiij
Vnde Claudianus in maiori vo
lumīe. Plus est eñ seruasse q̄
sitū q̄ quesiuisse nouum. Vnde
phs quidā dictus domas. Ami
co inquit me rogante si dedero
pecuniā mutuo et ipsū ꝛ pecuniā
pdo quod verꝫ est apud auaros
Itaqz bona discrete sunt distri
buenda. verūtamen qui mutuo
capit reddere gratis debet. Vnd
ex pueribꝫ sapientum colligit q̄
fraus est accipe quod non possꝫ
reddere. Et Ambrosius in libro
de thobia. pauptas inqt non
habꝫ crimen sed debere verecūdꝫ
est. et non reddere verecundius

Et subdit. Si diues es nullam
paciaris petendi necessitatē. Si
paup es soluendi ꝯsidera diffi
cultatē. Vnde Sen. ii. de bene
ficijs. p̄mo inqt docendi sunt q̄
libent reddere volunt quia si be
neficia gratis collata reddenda
sūt: multo forcius mutua. Hijs
autē sꝫmonibꝫ mutuare non di
suadet nisi non amicis aut hijs
qui reddere nolūt. Vnde Aug.
li. de doctrīa xp̄iana docet ami
cis succurrendꝫ. Cum inquit om
nibꝫ pdesse non possis. hijs po
tissime succurras qui tibi tem
pore sue optunitatis quadā sor
te iunguntur quia sicut amicis
bona propria mutuo vel dono
sunt distribuenda :.

Explicit tractatus scdus
primi libri Sophilogij :.

Incipit tractatus primus
secundi libri in quo trac
tat de amore virtutū. Et
primo quō virtutes sunt
naturalit appetende Capi
tulum primum

Virtus medicina est
corporis piter et ani
me. virtutesqz appe
tere vnicuiqz natu
rale est. Cuius libet
igitur studium p adipiscendis
virtutibꝫ debet applicari. Vnde
Boecius li. iij. psa ij. de ꝯsola.